



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Hyperdvlia Mariana**

**Berchmans, Johannes  
Canisius, Jacobus**

**München, 1636**

XXV. [i.e. XXVI.] Hyperdulia species, B. Virginem eligere in literarum,  
studiorúmque Præsidentem ac Patronam.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)



## HYPERDVLIÆ SPECIES.

B. Virginem Eligere in literarum studiorumque Præsidem & Patronam.

§. I.

**Q**uod Pallas olim fuit Paganis, id est hodie B. Virgo Deipara Christianis. Fuit illa sic dicta, quod Pallantem giganta necavit; at Christiana Pallas stygium contriuit giganta, cui à Deo nostram Palladem præsignante dictum. Ipsa conteret caput tuum. Illa fabulosa Iouis, hæc veri Numinis filia. Illa nata fuit armata; hæc dicitur terribilis ut castrorum acies ordinata. Illa dicta ab Homero depopulatrix ciuitatum; hæc dicitur ab Ecclesia Catholica victrix hæresum. Illa immanissimam domuit beluam cognomine Ægida; hæc vitiorum monstra. Illi scutum tribuitur à Poëta

Gen. 3. 6. 15. Cant. 6.

omni-



omnino pellucidum, multis anguibus  
 implicitum; huic pro umbone vigilan-  
 tia, pro angue seu dracone (qui videt  
 acutissimum) prudentia minimè hebes  
 assignatur. Illi noctua, volucris in me-  
 dia cæcæ noctis caligine acutum videns,  
 sacra; huic solertiam etiam medias inter  
 errorum noctes oculata. Illi assignata  
 cuspis; huic ingenij acumen. Illi vis om-  
 nis fingitur à Ioue communicata; huic  
 à Deo potestas omnis impertita, quò  
 verè queat dicere: Omnia possum in  
 eo, quem genui; sicut Apostolus: Omnia  
 possum in eo, qui me confortat. Illi tri-  
 buta fuit cresta & galea; huic comitas  
 & moderatio, veluti animi ornamenta.  
 Illius cassidi insidebat gallus gallina-  
 ceus, temporum horarumque præcen-  
 tor; huius capiti spiritus sanctus Prophe-  
 tarum doctor. Illa fuit formidabilis V-  
 ranomachis; hæc Theomachis. Illi cre-  
 ditæ clauis urbium & domorum; huic  
 etiam celestium thesaurorū. Illa Poëtico  
 proxima Ioui, secundum illud Venusinit

*Philip. 4. 13.*

L 5

Pro-



*Proximos illi tamē occupavit Pallas honore* ver  
 Hæc verissimo proxima Numini. Inco  
 lumis tam diu respub. & ciuitas cense  
 batur, quam diu Palladiū, Palladis nem  
 pe simulachrum seruabatur; sic tam diu  
 felix speranda respub. quam diu in ea  
 Matris Virginis viguerit Hyperdulia  
 Probè norant id Tholosani proceres, qui  
 simul Christianis fuere sacris imbuti  
 templum, quod habebant in vrbe sua  
 principalissimū, & Palladi antea sacrum,  
 postea B. MARIAE Deiparæ Virgini, ve  
 rissimæq; Musarum Præsidi dedicarunt.  
 Nam cum primū, inquit Stephanus For  
 catulus, illuxit & inualuit splendor veri  
 tatis Christianæ, Tholosani proceres, spe  
 ciosum tectorio inaurato fanum, antea  
 Palladi consecratū, Mariæ Virgini con  
 sultissimè transcripserunt, tum quia Pal  
 las Virgo ex Iouis parentis cerebro nata  
 fingatur, tū quia consilio, & opibus ab  
 undè fortunet mortales; Et MARIA Vir  
 ginitatē obstupēdam retinuit, & in Del  
 Opt. Max. mente ante solem & tempore

*Lib. 1. de Gall. Imp. & Philos. ver*



honor  
 Inco  
 cenle  
 s nem  
 am diu  
 u in ea  
 rdulia  
 res, qui  
 mbutti  
 be sua  
 acrum,  
 ini, ve  
 carunt.  
 us For  
 or veri  
 es, spe  
 , ante  
 i con  
 ia Pal  
 o nat  
 us ab  
 i A Vit  
 n Del  
 mport  
 ver

versabatur, & auream nobis ætatē prorsus  
 Incofus reduxit, ac partu mirifico miseros, æ  
 cenlegrósq; prosperavit. Est autem ædes au  
 s nemrata, satis opaca, & sancto quodā, horro  
 am diure venerabilis, quia Mineræ solitū erat  
 u in eaempla Doricè construi, & sine delitijs  
 rduliapropterea virtutem. Hactenus Stephanus  
 res, quiForcatulus lib. 1. & 2. de Gallorum im  
 mbuttiperio & philosophia vbi templū modò  
 be suamemoratum prius Palladi, dein B. Vir  
 acrum,ginii sacrum, & Pantheo Romano, iti  
 ini, vedemq; Mariano vetustius esse docet.

us For  
 or veri  
 es, spe  
 , ante  
 i con  
 ia Pal  
 o nat  
 us ab  
 i A Vit  
 n Del  
 mport  
 ver

Fuit igitur priscis Musarum, literarumque  
 præsides ac Patrona Pallas; hodie B. V. MARIA;  
 non cuspide, ut illa Pallas, sed acumine ingenij  
 instructa. Illi commentitiæ, profanæ, paganæ  
 Palladi, nemo Poëtarum ingenium, nemo sapien  
 tiū sapientiam verè debuit, quanquam  
 debere falsò credidit. At B. V. MARIAE  
 Matri sapientiæ, plurimi & ingenium,  
 & sapientiam debuerunt, & debent. Fa  
 teretur id B. magnusque Albertus, S. ma  
 gnique Thomæ Aquinatis Magister, fa  
 teretur



tetur id modo memoratus M. Albertus  
 discipulus, fatetur S. Bernardus Clara  
 uallis Abbas, mellifluus Ecclesiae Do  
 ctor; fatetur Hermannus cognomen  
 Contractus ex praenobili & illustri Co  
 mitum de VVeringen prosapia oriun  
 dus, in Philosophia, Astronomia, Geo  
 metria, Arithmetica, Musica, Poësi, Me  
 guarum Germanicae, Latinae, Graecae  
 Hebraicae, Arabicae peritiâ nemini se  
 cundus; fatetur Hermannus Ordine Do  
 minicanus, natione Germanus, ministrus  
 Ecclesiastes; fatetur S. Hermannus Con  
 fessor, cognomento Ioseph, B. MARIAE  
 dictus olim sponsus; fatetur Guilielmus  
 Eyselin, id est Ferreolus, iuuenis integerr  
 rimus, Mindelhemio Sueviae oppido  
 riundus, in Rothensi Coenobio ad ex  
 ditionem, virtutemque omnem doctrinam  
 religiosae Norbertinorum familiae decus  
 B. V. MARIAE Deiparae obsequio in

*Ioan Trithem. l. 2. c. 84.*

*de Suis Illustrib. Ord. S. Bened.*

*Chron. Ferdinandi à Castell.*

*Sur. 7. April. Rad. in Batt. S.*



primis deuotus. Fatetur B. Hermannus  
 alter Dominicanus. S. Hyacinthi Poloni  
 sanctorum syllabo à Clemente VIII.  
 Pont. Max. Canonicè Anon M D XCIX.  
 adscripti coæuus, à S. Dominico Romæ  
 in Cœnobium S. Sabinæ cum eodem su-  
 sceptus, infusâ per miraculum scientiâ,  
 & eloquentiâ donatus. Fatetur S. Elzea-  
 rius Gallus Ariani Comes, Virgineus S.  
 Dalphinæ maritus, ipsius Sapientiæ Ma-  
 tris magisterio vsus. Fatetur Anonymus  
 Suesionensis armenti custos, primùm  
 rudissimus, postea munere Mariano eru-  
 ditissimus, à S. Antonino memoratus.  
 Fatetur Henricus Delsom Societatis Ie-  
 sv religiosus mirabili memoriâ & intel-  
 ligentiâ à B. Virgine impertitus, pridie  
 SS. omniū, Anno Christiano M DC XV.  
 piè defunctus. Fatetur Alexander Ber-  
 tius, Medicæus, Florentinus, patri Nico-

*Ant. Balingh. 17. April. n. 6. lao*

*Vit. Elzeary c. 14. Sur. 27. Septemb.*

*S. Antonin. tit. 16. c. 14. §. 2.*

*Maiol. colloq. 4. Canicular.*

*Burghes. c. 28. Sodal. Parthen.*



lao Bertio posthumus, matris Violant  
 Mediceæ curâ ad omnem virtutem fo  
 matus, suis etiam in literarum studijs  
 gregiè propitiam Matrem sapientiæ  
 pertus. Faterur Thomas Sanchez Socie  
 tatis IESV Theologus, natione Hispa  
 nus, patria Cordubensis, domo nobi  
 ob celeberrima de Matrimonio opeta  
 Clemente V I I. Pont. Max. eximie lau  
 datus, ab omnibus omnium Ordinum  
 hominibus, ob egregiam religiosamque  
 pauperiem, incredibilem abstinenciam  
 indefessosque labores, pro viro sancti  
 cultus, Cordubæ ad S. MARIAE Deser  
 tæ ab impeditioris linguæ vinculo  
 solutus, beneficio Matris Virginis  
 gulari sapientia (quam suis in volu  
 nibus exhibuit) donatus. Faterur An  
 nymus Toletanus, patre mercatore  
 nitus, mercûriali negotiationi desti  
 tus, sed coram Virginis icone prostratus  
 & ibidem diuinæ sapientiæ donum

*Ioan. Crombecius in lib. de*

*Studio perfectionis.*

*Noëß. V. Sapientia.*

*Anno 1598*

*secte*

fec  
 mi  
 rus  
 cen  
 Fra  
 log  
 pri  
 log  
 ni  
 fer  
 nis  
 ag  
 ill  
 M  
 lit  
 tus  
 tas  
 qu  
 ti  
 tal  
 ac  
 M  
 D  
 qu



secutus, in Societatem I E S U facile ad-  
missus, porrò multa sanctimoniâ orna-  
tus, Romæ sacrum diuinumque Codi-  
cem laudabiliter interpretatus. Fatetur  
Franciscus Suarez Societatis I E S U Theo-  
logus, & Theologorum sui ævi facile  
princeps, quoties in implicatiores Theo-  
logiæ nodos incidisset, eosdem B Virgi-  
ni explicandos proponere solitus, & non  
semel in ambulacro publico, ante Virgi-  
nis effigiem procumbere, eidem grates  
agere, de eâ, quam diuinitus acceperat,  
illustratione visus. Anno Christiano  
M. D. C X I I. à Paulo V Pontif. Max:  
litteris ad eum datis in hæc verba lauda-  
tus: Diligimus te in Domino, & Chari-  
tas nostra erga te semper augebitur,  
quoties audierimus te semper diligen-  
tius, maiorique cum fœnore negotiari  
talenta, quæ ab æterno patrefamilias  
accepisti. Et rursus anno Christiano  
M. D. C X V I I. scribere porrò perge ad  
Dei sanctæque honorem Ecclesiæ, in  
qua ita excellis. Nouimus enim quanta

*Burghes. c. 20.*

si



sit ponderis auctoritas tua ad eradicanda zizania, quæ inimicus homo sergere consuevit. Id ipsum quoque Iustus Lipsius æuo suo, literaturæ politioris cellus fatetur in hæc verba : A prima adolescentia D. Virginis amorem, & cultum indui, eamque patronam mihi & ducem in periculis, & molestiis, in omni vitæ cursu elegi. Etiam in studiis & si quid accuratius pangendum, audiendum publicè esset, vbi fama vel memoriæ res agebatur, precibus & votis ad eam iuisse me fateor, & felici verè successu. Hi, pluresque alij ( quos DEVS & Deipara annuerint, aliquando in lucem proferemus, sub titulo Auroræ Musis amicæ ) & ingenium & sapientiam, secundum DEVM, Dei matris, tanquam sapientiæ sedi, Præsidi, patronæ debent, & debere fassi, sub eiusdem patrocinio mirissimos in studiis literarum progressus fecere.

*Lips. de Virg. Hal. c. 1.*

Hosce tales, tantosque heroes Bern...

man...



mannus imitatus, etiam ipse B. V. MARIAM Deiparam sibi suarum literarum præsidem, patronamque elegit in hæc, quæ repetere indentidem amabat, verba: Patrona sanctitatis, sanitatis & studiorum, tu es mea Mater, Virgo Maria.

*Cepar. pag. 157.*

§. I I.

*Premium Hyperdulie*

Non frustra Berchmannus B. V. MARIAM Deiparam sibi, suisque literis, ac studijs præsidem, patronamque elegit, sed vberimum huius electionis fructum tulit. Admonitus enim examinatum sese iri de vniuersâ Philosophiâ ad XIX. Martij, Anno Christiano M. D. C. XXI. præparauit extemplo sese, & quo feliciter atque ex animi sententiâ auspicius examen succederet, deprecatricem B. Virginem elegit, cui vnam coronam Rosariam sese recitaturum, aliâque pietatis opera patraturum promisit. Itaque, vt in examine comparuit, tantâ felicitate, dexteritateque quæditorum verba

M

omnia



omnia repetijt, nihil vt suggerendum haberent, nec ipse verbulum traijceret, aut omitteret eorum, quæ illi intexuerant argumentis. Quare non solum summo omnium consensu, sed & maximâ laudum commemoratione lectus est ad tuendas publicè ex vniuersâ Philosophiâ Theses. Quæ Prouincia cum illi imponeretur, eâdem se curâ, studioque ad eam obeundam comparauit. Vnde præterea addebat, quo facillè liquebit, quàm procûlab omni honoris ambitione, aurâque populari haberet animum, qui non tam doctrinam, quàm virtutem, vnicum doctrinæ decus affectabat, nimirum consuluit conscientiæ Prædictum (qui illi quòque à Conscientiâ liberis erat) foret ne è maiore Dei gloria efficere omni conatu, ne publicè philosophicas quæstiones tueretur, an potius, quod sibi munus iam impositum erat, nullâ recusatione susciperet, nec no. Atque ille iam ex vnâ dicti Patris sententiâ pendebar, haud dubiè facturus

quic.



quicquid ille suasset. Sed is quidem modestissimâ iuuenis continentiam lætus, ne omnino tamen intercederet, vltimue obijceret impedimentum, adhortatus est. Quo auctore publicas de vniuersâ philosophia theses publicè propugnauit. VIII. Idus Iulias anni M. D. C. XXI. non minore ingenij, quàm modestiæ, eruditionisque laude, præsentem semper animum exhibens, respondensque alacriter, atq; è formulâ semper hac: Nego, concedo, distingo, explico; responsis interdum inferens breues exceptiunculas: Verbi gratia, Nego, & do instantiam; in explicando non fusus, sed adstrictus, & clarus; longioribus verborum explicationibus non prius respondens, quàm vel à magistro, vel ab ipsomet collecta. Quin & eodem anno postrid. Non. Aug. à studiorum moderatore iussus disputandi causa ad Græcorum Collegium ire, in quo propositæ de philosophia erant quæstiones, postpositâ valetudinis curâ obtem-



peravit. Hic primæ illi (qui postremam  
semper ambiebat) in disputando daretur  
sunt, loco Doctoris cuiusdam, qui abe-  
rat contra conditum. Tantâ verò con-  
cinnitate, tantâque ingenij, scientiæque  
probatione argumentatus est, ut pluri-  
mum eius dissertatione delectati, ob  
coniunctam cum insigni modestiâ gra-  
tiam, totam ferè disputanti concesser-  
int horam. Tanti est habere suarum li-  
terarum studiorumque Præsidentem, B.  
Virginem Mariam sapientiæ matrem.

Néque in grauioribus tantummodo  
scientijs, sed in politioribus quoque  
Musis ac literis Berchmannus B. MA-  
RIAM, tanquam suorum studiorum  
Præsidentem Patronamque semper bene-  
uolam, & propitiam expertus est. Hinc  
tantos in Grammaticæ studijs habuit  
progressus, ut breui & post se relinque-  
ret æquales, & reliquos qui ætate, sci-  
entiâque præcellebant, assequeretur, vel  
semel rem aliquam audiuisse, vel legisse,  
se, ut eam memoria retineret, recen-  
tâta



támque memoriter pronuntiaret, id scilicet satis Berchmanno erat. Ita in memoriâ eius vel leuiter lecta, auditâq; infidebant. Hanc ob rem cum Magistro tam esset Charus, vt prodigij causa ipse eum celebraret, aliisq; proponeret in exemplum; nonnunquam ita ab eo apud patrem est collaudatus, vt is gaudio perfusus, & Clerici veste Berchmannum (quam diu ille optauerat) prætextæ instar honoraret, & in contubernium traderet Domino Petro Emmerico Præmonstratensi Religioso, Templi B. Virginis Diesthemij, per id tempus Curioni, qui plures domi iuuenes erudiebat, cuius conuictu triennium deinde Berchmannus vsus est

Néque in Grammaticis tantummodo studijs, sed in Poëticis etiam literis eandem literarum laborumque suorum Præsidem B. MARIAM, beneuolam, adiutricem, propitiâmq; sensit. Hinc & vt aliquam ei gratæ mentis tesseram reponeret, Eucharisticam illam, solen-



nemque & ab Ecclesiâ Catholica receptam ubique Antiphonam cuius initium est : Salve Regina &c. numeris adstrinxit, & memoriam beneficiorum Marianorum maximè inter humaniorum literarum studia perceptorum æternitati ( qua fieri licuit ) consecrauit, quemadmodum alibi dictum.

Porro quamvis Berchmannus plurimum suæ Patronæ patrocinio in his & grauioribus studijs promouerit, non tamen vigilijs, laboribusque vllis pepercit. Utendum scilicet in hisce literis, non tantum velo, quod Æolus id est spiritus impleat, sed etiam labore proprio, & impigro remigio, quod nostrasmet manus exerceat. Nam  
*Non iacet in molli veneranda scientia lecto,*

*Illam sed assiduo parta labore venit.*  
 Itaque Berchmannus non temperauit sibi quin liber aliquis super mensa ad legendum esset præstò. Quin imò noctes totas sine somno traducebat in studijs,

*Cepar. pag. 8. § 2.*



dijs, sciendi cupiditate; ac si qua per diem cum hero prodeundi necessitas coëgisset, libellum vnà secum conferre, temporis vindicandí causa, solitabat. Sic Sic

———— *Labor omnia vincit*

*Improbis.* Sic Berchmannus vti potest verbis ad studiosum quemuis, quibus Æneas ad Iulum:

*Disce puer Virtutem ex me Verumque laborem.*

X X V I I.

HYPERDVLIÆ SPECIES.

Cum Sodalibus inuicem certare de pluribus ac decen-  
tioribus titulis in B. Virgini-  
nem congerendis.

§. I.

**D**Vrabile haud est quod requie alter-  
nâ caret. Hinc Themistius. Omne

M 4

illud